

cur, exinde officior redditur se plus operari dicitur, quam si simpliciter
eidem aduersetur Alc. in d. l. nu. 79. Si vero veritas & fictio ad eundem
effectum concurrunt, huic illa prevalet. l. filio 23. ff. de liber. & posth.
Mantic. de tac. & ambig. conv. tom. 2. lib. 19. tit. 19. nu. 7. quia fi-
ctio non potest plus operari quam Veritas d. l. filio Mant. lib. 8. tit. 4. nu.
9. Contrarium tamen statuit Ruin. cons. 115. nu. 17 & 18. lib. 3. E. G.
Filius emancipatus per fictionem dicitur extraneus, licet revera sit filius:
ad effectum ergo attendi videtur fictio, non veritas. Card. Tusch. pract.
concl. 216. lit. F. nu. 18. Quamvis verò sit fictionis vis, tanta tamen
non est, ut vel legem naturalem vel divinam tollere, sed ex causa aliquate-
nus saltem obumbrare possit. Id. ib. nu. 90. quamvis enim, jus natura
immutabile sit intrinsicè, extrinsece tamen in subjectis potest alterari, mo-
dificari & inflexionem quampiam pati Clariss. Dominus Fibig. de princ.
jur. ex l. 6. ff. de just. & jur. Et hæc non exigua vis fictionis, quod
contra eam non detur probatio in contrarium gl. in l. fin. ff. quod met.
caus. Vincent. de Franch. decis. 536. nu. 18. Mantica de tac. & am-
big. convent. tom. 3. lib. 14. tit. 9. nu. 14. quia secundum quosdam fictio
pro veritate ipsa habetur. Cephal. lib. 2. cons. 210. n. 5. Nota hic de-
niq; in genere, quod lex respectu FACTI dicatur FINGE-

RE, respectu eorum que JURIS sunt, DISPO-

NERE. Alc. d. lo. nu. 164. ex l. pa-
ter in fin. ff. de manu-
miss. vind.



F I N I S.